

Articulus 114. An. 1715. in eodemque citati, infectuati mansissent; humillimas pariter praemissorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae Regnorum Status et Ordines reponunt gratias;

§. 1. Quos coram Sua Majestate repraesentare et declarare; minime intermittent.

Ut Dominus Episcopus Zagrabiensis modernus, tanquam Suae Majestatis Sacratissimae specialiter ad id delegatus, quarumvis, pro Ecclesiastica, aequae ac Seculari Juventute factarum, aliarumque Piarum Foundationum inspectionem habeat.

Articulus 21.

Ex Paterna, qua erga Juventutem fertur clementia, Apostolicoque erga pias Foundationes Zelo, benigne decrevit Sua Majestas Sacratissima; ut modernus Episcopus Zagrabiensis, tanquam Suae Majestatis Sacratissimae specialiter ad id delegatus, finita mox Diaeta, in sua Dioecesi habitare Piarum quarumvis Foundationum, Seminariorum, item Convictuum et Collegiorum, pro Juventute Ecclesiastica aut Seculari destinatum inspectionem; cum rationum quoque exactione et utrum Fundationi satisfiat? investigatione; instituat:

§. 1. Desuperque fidelem Relationem eidem Suae Majestati faciat; ac super eo; qualiter comperiendos ne fors defectus tolli, vel emendari posse censeret? opinionem quoque submittat; cum hujus executione, ad superventuram eatenus benignam Regiam Resolutionem praestolando.

De modo Transmissionis Causarum, in et ex Regnis Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae.

Articulus 31.

Ea, quae circa modum Causarum appellatarum, vel etiam Inappellabilitatem earundem, sub praesenti Diaeta constituuntur; Accedente benigna Suae Majestatis Sacratissimae annuentia, ad Causas quoque in Regnis Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae prosecutas, eo modo extenduntur; ut esto in iisdem Regnis, ex Sedibus Judiciariis Comitatum, nec non ex Tabula eorundem Judiciaria, non directe in Tabulam Regiam, sed primum ad Tabulam Banalem, ad mentem etiam Articuli 121. An. 1715. et Art. 27. An. 1723. Causae appellentur;

§. 1. Quantum tamen ad modum (seu intra, vel extra, aut plane non transmissibilitatem earundem) tum Cimitatenses Causae, illo prorsus modo, quo hic ex Partibus quidem, ad Sedem Judiciariam Comitatus et ex hac, ad Tabulam Regiam; ibidem quoque ex Partibus, omnino ad Sedem Judiciariam Comitatus ac ex eadem, in Tabulam Banalem; prouti et quali modo, hic Causae Tabularum Districtualium, in Tabulam Regiam, eo pariter et non alio modo, ibidem quoque Causae Regnorum illorum, Tabulae Judiciae, ex ipsa in Tabulam Banalem transmittentur, aut respective transmissibiles non erunt: